BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA


BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

~~21-5-13~~

C. 34. 1. 22

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

RESPONSIONVM

CASVVM

CONSCIENTIAE,

QVI OMNIBVS CVRATIS,
ac Pœnitentiarijs ſingulis menſibus coram
Illuſtr. ac Reu. Card. Paleoto Archiep.
Bonon. proponuntur,

PARTES DVAE.


PER ADMODVM R. P. LVDOVICVM DE BEIA
Paleſtrelum Luſitanum Ordinis Eremitarum Theologum,

PVBLICVM IN BONON. GYMNASIO
Sacræ Scripturæ profeſſorem, & Caſuum Conſcientiæ
in Cathedrali Lectorem.

Huic poſtremæ impreſſioni additi ſunt duo breues, ſed doctiſsimi Tractatus, Alter quidem de contractibus liuellarijs. Alter verò de venditione rerum fructuoſarum ad terminum.

Item Secunda Pars nunquam antea impreſſa.

CVM PRIVILEGIO.



BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

VENETIIS, Apud hæredes Melchioris Seſſæ. 1600.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

S. D. N. SIXTO V.

PONT. OPT. MAX.

S. ET FELICITATEM

PRAECATVR.

F. Ludouicus de Beia Paleſtrelus ord. Erem. S. Aug. Sacræ Theologiæ doctor, eiuſdemque publicus in Bononienſi Academia profeſſor.



Emini, Beatiſſime Pater, dixiſſe vindicem, & aſſertorem libertatis noſtrę, hominum Summum magiſtrum, Chriſtum Ieſum cum ad delectos ſuos ſermonem haberet. Ego ſum vitis, & vos palmites. Recordor, Eccleſiam Catholicam vineam vocari. Intelligo tibi cum perſonę Pont. dignitate prouinciã hac ab eo eſſe mandatã; qui te in ſuum locum ſuſtinuit; et vineę dilectę procurationem commiſit. Quocirca video, par eſſe, vt quibus pars aliqua excolenda ſit tributa, ij, vt villici, tibi ſummo cuſtodi, & magiſtro rationem reddant villicationis ſuę. Fui multis ab hinc annis, in ſtudio diuinarum literarum verſatus, in florentiſſima Academia Conimbricenſi, patria mea, vbi in numerum eo-

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

INDEX CASVVM.



Rimus casus, Paulus,& Antonia contraxerunt sponsalia per uerba de futuro,deinde Antonia mutato proposito significat Paulo,se velle cum alio matrimoniū contrahere: Paulus indignatus minat illi grauiter, si tale q̄d faciat. Antonia vt se ab eo liberet, a quo metuebat,dat illi aureos viginti. Quæritur an Paulus tuta conscientia possit hos aureos retinere.

2 Quid debeant Confessores seruare in Ciuitate Bononiæ circa obseruationem diei festi,uidelicet, An incipiat in vesperi,ante diem festum, & finiatur in subsequenti vesperi, vel incipiat media nocte,& finiatur media nocte;ita vt sciāt quam rationem seruare debeant cum illis,qui hoc tempore opera prohibita exercuerint. 3

3 In diebus ieiunij, an præter vnam comestionem liceat etiā ientaculū aliquod sumere, & quale,quātumque id esse debeat,ne frangatur ieiunium,& an possit indifferenter fieri comestio, siue mane,siue vesperi,prout a multis solet in vigilia Natiuitatis Domini Nostri. 5

4 Franciscа vidua:& pauper, detinuit domi suæ per unam noctem volens, & sciens Petronium fratrem suum bannitum,dans ei cœnam;Quæritur an illa inciderit in excommunicationem Bullæ Sanctissimi Domini nostri. Et quid in hoc,uel simili casu facere debeat confessarius. 9

5 Paulus habens vxorem,& Antonia habens maritum,cōuenerunt clam inter se de necandis proprijs coniugibus. Quo facto, contraxerunt simul matrimonium.

Quæritur quæ sint partes Confessarij cum illis. 14

6 Mercator per longum tempus vendidit semper merces suas pluris,quam valerent, illis qui emerent ad creditum; & non soluerent præsentem pecuniam.

Quæ-

BIBLIOTECA COMUNALE DI GENOVA